



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 12. De Irregularitate ex Natalium defectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

ut contra eum excipiant, ei vera crimina obiciant, ob quæ morte puniatur, quando id ad iustam defensionem est omnino necessarium, & modo ipsi aperte ostendant, se nullo modo petere alterius sanguinem. Secus esset, si alia ratione posset periculum euadere. Sua. d. 47. sect. 4. n. 8.

⁵² *Nec qui* *hortantur* *generatim* *in bello in-* *stod pugnā-* *dum, imo* *ad occiden-* *dum in ge-* *nerē.* *Qui in bello iusto, & offēso alios genera-* *tim hortatur ad pugnandum, (quod etiam Cle-* *ricis licet ex c. 7. 8. 9. 23. q. 8.) imo et si hor-* *tentur in genere ad occidendum, modo non* *excitent ad occidendum aliquem in particula-* *ri. Item qui in eo pugnant, etsi Clerici sint, &* *dum, imo percutiant, non sunt irregulares, nisi aliquem* *occidant, aut mutilent. Quia tunc solummodo* *do irregularitatem ex lenitatis defectu contra-* *hant. Cap. Petiti 24. de homicid. Dixi, in* *bello offensus, quia qui in bello mere defensi-* *uo occidit, non fit irregularis, quando id est ne-* *cessarium ad patriæ, aut Reipublicæ defensionem.* *Tunc enim etiam Clericis hæc licent, ut* *pater ex Cap. 2. de immunit. Ecclesiar. Quia* *hic est vera innocentis defensio. Sua. disp. 47.* *sect. 5. cum communi.*

⁵³ *Secus ad* *hortantes,* *vel pugnantes in bello iniusto.* *Ad hortantes vero ad bellum iniustum, aut* *in eo pugantes, imo pugnantium Sarcinas* *custodientes, irregularitatem contrahunt ho-* *mici di, aut voluntarij, si aliqui ex parte hostiū* *occidantur: aut casualis, si tantum aliqui ex* *eorum parte necentur. Quia omnes sunt vna* *causa moralis, dum se mutuo excitant. Coninch* *d. 18. n. 98. & alij communiter.*

CAPVT XI.

De Irregularitate ex bigamia
proveniente.

⁵⁴ *Bigamus* *vnde irre-* *gularis.*

M *N* *I* *S* *bigamus irregularis est, non propter culpam* *quæ nulla existit, sed ob defectum significationis. Quia* *eius matrimonium non potest significare matrimonium* *Christi Domini cum Ecclesia, scilicet vnus cum vna. prim. Tim.* *tertio.*

⁵⁵ *De triplici* *bigamia* *vera, interpretatiua,* *& similitudinaria.* *Bigamia est triplex. Prima vera, quando quis* *valide contraxit cum duobus, & consummauit.* *Et de hac nulla est dubitatio. Secunda est Interpretatiua, quæ varia est. Primo quando quis* *contraxit cum aliqua, quæ ab alio, quam ab ipso est cognita. Cap. Curandum dist. 34. Secundo* *quando quis cognouit uxorem suam post commissum ab ea adulterium. Cap. Si laici* *& Cap. Si cuius uxorem, dist. 34. Videtur tamen* *ibi requiri, ut adulterium, sit notorium, vel saltem in iudicio probabile. Scio tamen* *communiter Doctores asserere, etiam occultum sufficere. Tercio, quando constitutus in* *Sacris contrahit secundas nuptias, aut cum vidua quantumvis inualide. Cap. Nuper. & cap. vlt. de bigam. Tercia est Similitudinaria, quando* *quis post votum solenne castitatis contrahit*

matrimonium licet inualidum, & cum Virgine c. Quotquot 27. q. 1.

Nemo per vllum matrimonium fit bigamus, nisi consummatum perfecta copula sit. Nec is, qui duxit alteri prius nuptiam, sed incognitam. c. Debitum, de bigam.

Hæc quidem irregularitas incurritur à baptizato per matrimonia ante baptismum contracta. c. Si quis viduum, dist. 24.

In petenda vero dispensatione sufficit dicere, aliquem contraxisse bis, etsi quartò contraxisset. Auila p. 7. d. 8. dub. 4.

CAPVT XII.

De Irregularitate ex Natalium
defectu.

M *N* *I* *S* *illegitimus est irregularis, nisi fiat Religiosus: tunc enim potest ad omnes Ordines, etiam ad promoueri, non tamen ad Prælatum. c. 1. de filiis Presbyterorum.* *Expendam itaque quinam ad hunc effectum illegitimi dicantur.*

Illegitimi sunt nati à parentibus, inter quos tunc non erat matrimonium. Ex ipso natum à parentibus, qui publice contraxere, inualide quidem ob occultum impedimentum, si modo alteruter parens bona fide contraxerit, talis enim absolute legitimus reputatur. c. Cum inter Cap. Ex te ore, qui filij sunt legitimi. *Secus esset, si clam contraxissent, aut parens vterque cognouisset impedimentum. Cap. Cum in iudicio, de heret. Si quis de clandest. de ponsat. Clandestinum autem matrimonium ad hunc effectum dicitur, quod etiam coram Parocho & duobus testibus contrahitur, si sine dispensatione omittantur denunciationes ab Ecclesia adhiberi solite ad impedimenta dignoscenda. Quia Pontifex ibi sequenti vocat etiam clandestinum cui Parochus interest. Omnes. Sic.*

Proles suscepta ex valido matrimonio quantumcumque illegitime contracto, etiam si contra votum simplex castitatis vtriusque parentis aut post illegitimam, alterius parentis ordinationem, aut professionem sit suscepta, legitima quidem est. Quia nullo iure illegitima esse probatur. Verbi gratia, si aliquis, contracto valide matrimonio, inuita uxore, Sacris initietur, aut post matrimonium consummatum in Religione profiteatur, non seruatis iis, quæ Ius præscribit, quo casu professio nulla est, & in vtroque casu cogitur ad uxorem redire, & proles ex iis suscepta est legitima. Secus si suscipiatur post legitimam parentis ordinationem, aut professionem. Cap. Interas de filiis Presbyterorum. Sua. d. 50. sect. 2. n. 5. & alij communiter.

Proles nata illegitima, per subsequens matrimonium inter parentes valide contractum fit per se absolute legitima, nisi etiam suscipiatur, in quædam ter parentes impedimentum dirimens inuenerit, cum legitime geret. Cap. Tanta, qui filij sunt legitimi. Si vero non sit impedimentum.

Secl. I. De Irregularitate Recept. Sent. 333

impedimentum superueniret post conceptione ante natiuitatem, eo sublato per subsequens matrimonium, proles legitimeretur. *Suar. d. 50. sect. 1. n. 3.*

63 *In dubio* Quando dubitatur, num aliquis sit legitimus, talis est reputandus. Quia defectus non imputatur, nisi probetur. Hinc expositiij possunt se reputare legitimos, cum etiam ob inopia parentum sepe exponantur. *Henride irregul. c. 8. in Glos. lit. K. aliter, Gregorium XIV. in quadā bulla hoc statuisse.*

64 *Qui publice* Is, qui publice presumitur legitime natus, non tenetur credere matri dicenti esse illegitimum, nisi id alia circumstantia probent. Si tamen credat, non poterit Ordines suscipere. *Lessius capit. 10. numer. 51. Coninch disput. 18. numer. 105.*



CAPVT XIII.

De Irregularitate ob corporis, vel animi defectum.

65 *Quinam illi* Vbi ob aliquem defectum corporis vel animi non potest aut absolute, aut non sine periculo, aut scandalo aliorum functiones alicuius ordinis exercere, sit respectu illius irregularis. *c. 2. de Cler. error. Hinc amens, aut omnino illiteratus ad omnes Ordines, & quisque ad eum, respectu cuius non habet sufficientem scientiam, est inhabilis. Trident. sess. 23. c. 4. 1. 3. & 14.*



Item mutus, cecus, carens manu, pollice, altero oculo, naribus, &c. leprosus, aut feodo aliquo morbo laborans, mancus ita, ut sine sulcrist altari adstare nequit, sunt irregulares. Præterea ad Sacerdotium inhabiles, qui pollicem, aut anteriores digitos ita habent debiles, ut sine periculo hostiam tenere, & frangere, calicem eleuare non valeant. Si tamen defectus ordinato superueniant, tantum prohibent eum Ordinis vsum, quem sine scandalo aut periculo exercere non possit. Hinc Sacerdos cecus poterit confessiones audire. Omnes.

66 *Arreptus* Qui semel fuit à demone arreptus, aut in furiam incidit ratione indispositionis organorum cerebri, nunquam potest ordinari. *c. 3. 4. 5. dist. 33.* Si tamen post ordinationem in furiam, vel epilepsiam incidat, poterit ministrare, postquam iudicio prudentum, ac præsertim Episcopi sufficienter censetur curatus, ut sine periculo ministrare valeat. Phrenesis autem ex subita vi morbi orta statim ac transiit, nullam irregularitatem inducit. Est omnium.

67 *Quid de* Defectus, vel carentia membri non inducens magnam deformitatem, aut impedimentum ad functiones Ordinum, irregularitatem non inducit. *Cap. 3. 5. 7. de corpore viatiis.*

68 *Seruus* Serui ordinari non possunt, nisi prius à domino ordinis manumittantur. Quod si domino sciente, nec contradicente, seruus ordinetur, hoc ipso fit liber, si autem eo in scio initietur Sa

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

cris, liber sit, sed Episcopus, si fraudis sit non scius, aut alius eum præsentans, tenetur domino duplicem restituere. *cap. Nulli. Cap. Si seruus, sciente. Cap. Si seruus absente. dist. 1. n. 54.*



CAPVT XIV.

Quomodo Irregularitas tollatur?

69 *Quæ posita* Quæ posita est ob merum aliquem defectum conditionis requisitæ, verbi gratia, ob defectum ætatis, scientiæ, libertatis: his acquisitis tollitur. Quare non inepte nonnulli hic non esse proprie irregularitatem asseruere.

Nulla proprie tollitur per Baptismum. Quia ante eum nulla contrahitur. Quæ tamen fertur ob aliquod crimen, aut quaecumque homicidium, requirit, ut ea sint facta post Baptismum: secus de ea, que ob bigamiam incurritur. *cap. Si quis viduam d. 34. c. 50.*

70 *Religionis* Religionis professio approbata tollit irregularitatem ob naturalium defectum. *Cap. 1. de filiis Presbyteror. An alias etiam auferat section. 2. Religionis exponam.*

Summus Pontifex potest cum omni irregulari, etiam bigamo dispensare. Quia omnis irregularitas ut summum inducta est præcepto Apostolico sæpe tamen nullatenus expedit. Quia fieret cum graui scandalo, vel indecentia, ut in feode leprosis, aut illiteratis. Communitè autem aliqua causa requiritur, ut omnino licite fiat *Coninch disputat. 18. n. 110. & omnes.*

71 *Episcopus* Episcopus per Tridentinum *sess. 24. c. 5. po. test* dispensare in omni irregularitate proueniente ex crimine occulto, etiam mutilatione voluntaria, ut declarauit Congregatio Cardinalium: excepto homicidio voluntario. Superius disputatum. *quadagesim. quart. section. 2. crimine occulto.*

72 *Potest* Potest idem dispensare in homicidio casuali occulto, quale etiam reputatur commissum in sui defensionem excedendo iustæ tutelæ moderamen: aut etiam ex subita ira commissum. In his omnibus solum possunt dispensare, qui ex privilegio possunt dispensare in omni irregularitate non contracta ex homicidio voluntario, aut bigamia. Est omnium.

73 *Potest* Potest præterea Episcopus dispensare cum illegitimo ad Ordines suscipiendum minores, & beneficium simplex. *cap. de filiis Presbyteror. excepto Canonatu Ecclesiæ Cathedralis, qui Ordinem Sacrum requirit. Tridentin. sess. 24. cap. 12.*

74 *Qui multa* Qui multa delicta perpetravit, ob quæ irregularitatem incurrit, si sint eiusdem rationis, verbi gratia, si excommunicatus sæpius celebravit, in petenda dispensatione sufficit vnâ exprimere. Secus si diuersæ rationis essent, v. c. si violasset Censuram, & homicidium commisisset, aut multis Censuris irritus.